




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Guido Abbas. Quies in Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](#)



S.GUIDO ABBAS.

Quies in Deo.

Animarum à te creatarum centrum &
unica requies , Deus ; da ut cor no-
strum, extra te irrequietum , intra te
jugiter conquiescens, ad æternam in
cælis requiem, S. GVIDONE interve-
niente, pertingat.

*Ora pro quarentibus requiem extra
Deum, &c.*

Anna Ja.
us libero-
s, adhuc
ia Caroll
um Fran
Hanc vi
o jure su
edimeret
eos, à qui
ilepticum
e censuit
bona hu
pense ad
minis; m
re; & fui
lanensem
m turbar
it plurib
1472 m
se recep
sia Cath
atum co
mandum
facellum
Episcopus
oc mund
quod repr

GVIDO, in suburbanis Ravennæ natus; spretis nuptiis, Clericalem habitum Romæ juvenis sumpsit. Inde Hierosolymam abiit; regressusq; contulit se ad insulam Pado circumfluam, sub disciplina pii istic eremita trienium vixit. Postea Pomposus Monachus, ac deniq; anno 998 Abbas efficitus est. Hic ille patrem fratremque suscipiens, donavit habitu; & mira multa fecit, præsertim in commodum morientium fratribus. Ne autem solitariæ vitæ, quam a initio adamaverat, careret deliciis; ad eam sese recipiebat identidē, vicarios sibi Abbatibus substituens. Ita ad annos 48 monasterii rexit. Legatis autem Henrici Regis Imperatoris progressus obviam an. 1046; obiit Burgi S. Domnini. Hinc Parmam delatum corpus, 7 mensibus incorruptum, superveniens Imperator Veronam transtulit, & Roma regressus secum avexit Spiram: quod die 4 Maii sequentis in Collegiata S. Joannis Euangelistæ depositum, propter crebra istic miracula, ipsam mutare nomen fecit; ubi usque ad hæc tempora mansit, magnifico inclusum Mausoleo; quo nuper everso, Heidelbergam est translatum.

In omnibus requiem quæsivi, & in heritate Domini morabor. Eccl. 24.